C.R. BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS JAGELL. CRACOVIENSIS
17820
kat. komp.
I | Mag. St. Dr. | P

Vitellius Jacobus: Aeternis Manibus
Jacobi Janidlovii hac Ode paren-
tavit.

PANEG. et VITAE
Polon. 4°.
№ 334.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0003013

ÆTERNIS MANIBVS.

Admodum Reuerendi D. & Clarissimi Viri

IACOBI IANIDLOWII I.V. DOCTORIS ALMÆ ACAdemiæ Cracouieñ. Procancellarii.

HAC ODE PARENTAVIT
M. IACOBVS VITELLIVS
eiusdem Acad. Profess:

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

CRACOVIÆ,
Apud Hæredes Iacobi Sibeneycher, Anno Dñi M. DCXX.

Admodum Reuerendo Domino,

D. LVCÆ DOCTORIO,

PRÆPOSITO OSVIECIMEN: CANONICO CRAC: S. THEOL. Doctori. Domino colendissimo.

ACerbus iste luctus, vt
Te perculit, nil testibus
Necesse habemus, ex tua
Quisque facie legere potest,
Qua mente Piladem illum tuum
Quæras. domus, mensaque tua
Lugubre quidam personant
Dulcemque quærunt hospitem.
Hoc triste Syrma, nos quoque
Tibi offerimus, vt hic dolor
Communis omnibus, minùs
Te feriat vnum & impetat.

178201

Strophe I.

NI PERTINAX NECESSITAS
Coluſque proma vitæ
Arctiſsimum grauiſsimumque
Fati peſſulum ad aures
Inuiſa obijcerent manu.
Quá lachrymis, quâ precibus omnibus
Quâ carminibus, expeterem & euocarem
Non Lunam ab aſtris, Colchica hæc dementia eſt.
Sed te, tuamque Chiron herbipotens medellam,
Ipſum & Æſculapîum
Germine Apollinis editum
Mollirem pretio grandi, & precibus geminatis.

Antiſt. I.

VT ferream noctem ab oculis
Triſti ſopore vinctam
Cariſsimo & deſiderato
Subnixi arte Magiſtrâ
Diſcuſſam capiti exigant.
Herbiſque præcluſam aurái forem
Rurſum repandant, liciaque ſororum
Immiti ab vngue ſecta reficiant meo vt
Deſideratiſsimo, ita & expetendo, an inquam
Patri? at hic nouo caput
Vulnere contabuit ſimul
Tanti commeminit quo nos dilexit amoris.

Epodus I.

INfælix nihilum proficientibus
Vmbrarum populos luce carentes
Verbis laceſſo. fruſtra & inutile eſt
Nam flecti Rhadamantea vrna
Neſcit, fata vetant & Æſculapi
Vindicem ſerò metuit Iouem vmbra.
Quare cum nullis te reuocare modis
Quæſtibus neque vllis
O IANIDLOVI gloria noſtra
Poſſumus, hoc erit
Officij, atque gratæ
Mentis vbi memoranda trophæa.
Et tibi debita virtutis tuæ
Attigero breuiter

Strophe II.

ET ſuauis illa Dircei
Vox Cygni, Iſocratiſque
Panegyris fæcunda, caſu
Obmuteſceret iſto.
Ille ardens animus, boni
Communis appetens, iniquo abhinc
Inſanientis Lacheſeos furore
Sublatus? ô grauem & dolendum nuncium.
Vixiſſet vtinam qui ſuæ Ithacæ, ſic ſategit
Iupiter quantum Rhodo
Nubibus auriferum pluens
Imbrem, quo indigenas omnes propè redderet aureôs.

Antiſt. II.

HOC pectore arſit efferens
Ac promouens Lycæi
Foris domique limitem, iſte
Forti Miltiadæ par.
Non quiſquam mihi viuidam
Pro patriâ ſuiſque ciuibus
Pleno ore virtutem efferat, perenni
Vendatque ſæculo, vmbra, dicam vmbella ſunt,
Salmacida ſpolia ſine labore cum rubore.
Æquitatis vt modum
Tranſilias vitium ingerit
Ciuibus & patriæ maculas vix vnquam abolendas.

Epodus II.

NON tali nituit lumine Eous hic
Qui, ſplendens ſibi depromeret vmbras
In cæterorum pegmata. Demodo-
Ci Ignarus numerorum, vt ipſe
Se feſtiuâ hilarans amænitate
Vreret triſti reliquos dolore.
Sed Superos teſtes factaque conſcia habens
Rettulit nunquam pedem, &
Quam ſemel aprendit ſtationem;
Viſque ſuum ad rogum
Parmula & irrelicta
Acriter egregiè, genioque
Propitio ſtetit, hinc ad poſteros
Temporaque innumera.

Strophe III.

CAnendus, ô dignissimum
Et æuiternitati
Animum inserendum, queîs coronis
Hanc ornabimus in te
Insignem vsque adeo indolem ?
Neque Policleti, Phidiæ neque
Vel ad stuporem arguta dextera, illum
Sensum in Academiam exprimeret, ipsam & fidem.
Nimirum habebat ob oculos nostri Lycæi
Lampadem WLADISLAVM
Cuius adhuc viget inclyta
Parietibus nostris fama, æternumque vigebit.

Antist. III.

QVI fontem ab externo incili
Cum ad literas suorum
Animosque Ciuium eluendos
Fæda barbarie; egit.
Regali hoc studio ambiit
Vt Nilus iste Sarmaticam etiam
Alluere Ægyptum, suisque pinguem
Fæcunditatem inferret agris, Ergo cum
Aggeribus vndique obstinatâ mole ruptis
Vltimum cito agmine
Diffluere, subito in malo
Ignauum menti permitteret ille veternum ?

 Epodus

Epodus III.

ET non ſollicitè fida Quiritium
Votis auxilia expoſceret altis?
Non ſacra Regum poplite humillimo &
Cernuô limina adiret? ipſam
Terrarum DEAM & orbis vnum Aſyllum
Cui nihil primum nihil eſt ſecundum
Romam non peteret? conſiliumque ſuis
Pro neceſsitatibus
Iis adytis perquirere nollet
Atque DEOS ſibi
Reddere Nixios? ô
Non ita, verum aliter fuit iſtis
Sub penetralibus enutritus, vt
Nempe fide, atque operâ

Strophe IV.

ALtrici adeſſet inclytæ.
Viderat vt ad nouorum
Rumuſculorum, vel leuem auram
Expectet ſtolidâ aure
Vulgus non ſapiens, velut-
Què teſſerâ data euolet, quaſi ob
Tunicas nouas nouam indueret & artem.
Sic vetera deſeruntur, vt quiſque intonat
Hoc eſſe conditum magis, magiſque gratum,
Cuncta ſint betæ licet.
DII tibi ſi qua polo memor
Iſtorum pietas grates hoc nomine dignas.

Antist. IV.

PRæmiaquè maxima referant
Superstitemque nostro
Habebis in Athenæo in æuum
Tantorum meritorum
Famam. Iam quis ei satis
Sufficeret exprimendæ, & in DEOS
Pietati, & in homines colendæ, amandæ,
Humanitati? quod vel hinc clarissimum est
Cum mente quicquid volueres, gratissimo omnes
(Gratiis quasi dares
Sacra) animo, & tibi candido
Excepêre, tuisque statim pro sensibus ibant.

Epodus IV.

SED nunquam egregiûm reliquias virûm
Tempus cuncta vorans depopulatur
Exemplar istud multi oculis suis
Proponent & eo excitati
Vadent persimili gradu audientque
In suâ patres patriâ atque vindi.
ces, Votis tantis annuite ô Superi
Et Decus nostrum graui
Imperio vestro hinc repetitum, in
Prata virentia
Grata vbi molicello
Cum Zephiris strepit aura Susurro
Ducite & ocijus vbertatibus
Exsaturate bonis.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

XXIV. 5. 20